

XXX. A perfectis civibus Romanis, qui domicilium, tribum & jus suffragiorum universo populo concessum habent, definiunt 1. Coloni cives, in colonias abducti, vel quò locis devictis praesidia imponerentur: vel quò urbs plebe seditiosa purgaretur: vel quò populus nimium esset auctus & amplificatus.

Vel imperfectus,  
& qualis  
1. Colonus,  
qui vel

XXXI. Hi ex civitate quasi propagati, jura instituta quò omnia populi Romani, non sui arbitrij habent. Hinc differunt à perfectis civibus: quò domicilium Romae perdidit: à municipibus, tum quò ex urbe explantantur, cum municipes in eam cooptentur: tum quò non suis, sed Romanorum legibus, Magistratibus & religione utuntur.

XXXII. Nec omnium coloniarum eadem fuit ratio: quò vel Romanae, quae jure civium Romanorum, vel Latinae erant, quae jure Latij utebantur: quarum conditio deterior.

Romanus,  
vel Latinus.

XXXIII. 2. Municipes in urbem recepti, qui suis legibus, Magistratibus & sacris gentilitiis utuntur.

2. Municeps.

XXXIV. Horum duo genera erant, cum suffragio & sine suffragio.

XXXV. 3. Subditi provinciales in civitatis communione non recepti. Modi obtinendi civitatem sunt 1. Nativitas, hinc à  $\alpha\upsilon\lambda\omicron\chi\theta\upsilon\epsilon\varsigma$  sive originarij Athenis & Romae ex utroque parente cive, licet id mutatum: quò etiam ex patre vel matre jus civitatis estimatur: rectius tamen ad patrem refertur, qui familiae suae caput est, & filium in suam habet potestate.

3. Subditus  
provincia-  
lis.

Modus ob-  
tinendi ci-  
vitatem.

1.  
Naturalis.

XXXVI. Hinc nemo duarum Civitatum civis esse potest, licet domicilium transferre concessum, dummodò se patriam civem agnoscat: quò duorum corporum non potest unum & idem membrum esse, cum corpore & bonis suis patriae prodesse teneatur: ut nec cuiquam patriam licet mutare, quò parentibus, quos abjurare non licet, patriam potior: quò patriam tum cive, tum bonis privatam.

XXXVII.